

Præfatio de sanctissima Trinitate

Vere dignum et iustum est, æquum et salutäre, nos tibi semper et ubique grätias ägere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: Qui cum unigénito Filio tuo et Spíritu Sancto unus es Deus, unus es Dóminus: non in unius singularitáte persónæ, sed in unius Trinitáte substántiæ. Quod enim de tua glória, revelánte te, crédimus, hoc de Filio tuo, hoc de Spíritu Sancto sine differentia discretiónis sentímus. Ut in confessióne veræ sempiternæque Deitátis, et in persónis proprietas, et in esséntia únitas, et in maiestáte adorétur æquálitas. Quam laudant Angeli atque Archángeli, Chérubim quoque ac Séraphim: qui non cessant clamáre cotídie, una voce dicéntes: Sanctus.

Communió

Illúmina fáciem tuam super servum tuum, et salvum me fac in tua misericordia: Dómine, non confúndar, quóniam invocávi te. (Ps. 30, 17-18)

1. In te, Dómine, sperávi, non confúndar in ætérnum; in justítia tua líbera me.
2. Inclína ad me aurem tuam, accélera, ut éruas me.
3. Esto mihi in rupem præsidii et in domum múnitam, ut salvum me fácias.

Postcommunió

Fidéles tui, Deus, per tua dona firméntur: ut eadem et percipiéndó requírant, et quæréndó sine fine percípiant.

ŠVČ. TREJYBÈS PREFACIJA

Tikrai verta ir teisinga, reikalinga ir išganinga, visur ir visada Tau dėkoti, šventas Viešpatie, visagali Tėve, amžinasis Dieve, kuris su vienatiniu tavo Sūnumi ir Šventąja Dvasia esi vienas Dievas ir vienas Viešpats – nėra tai Asmens vienumas, bet vienos prigimties Trejybė. Juk tai, ką per tavąjį apreiškimą apie tavo garbę tikime, be jokio skirtumo pripažįstame Sūnui ir Šventąjai Dvasiai, kad, išpažįstant tikrą ir amžiną Dievystę, būtų šlovinamas ir Asmenų skirtingumas, ir jų prigimties vienumas, ir jų lygus didingumas. Jį garbina Angelai ir Arkangelai, Cherubinai ir Serafimai; kasdien nepaliauja garsiai šlovinti, vienu balsu tardami: Šventas.

KOMUNIJA

Nušviesk savąjį veidą virš savojo tarno ir išganyk mane savajame gailėstingume; Viešpatie, nebus sugėdinti, kurie Tavęs šaukiasi. (Ps. 30, 17-18)

1. Tavim, Viešpatie, viliuosi, neleisk man niekados nusivilti! Savo teisumu, mane gelbėk!
2. Atsuk į mane savo ausį, skubėk manęs gelbėti!
3. Būk man užuovėjos uola – galinga tvirtovė, – kad mane išgelbėtum!

POSTKOMUNIJA

Dieve, tegu Tavo tikintieji per Tavo dovanas būna sutvirtinami, kad ir šias dovanas priimdami, jų siektų, ir jų siekdami, jas nuolatos priimtų.

Proprium Missæ

DOMINICA SEPTUAGESIMA VII SEKMADIENIS IKI KANČIOS LAIKO



Introitus

Circumdedérunt me gémitus mortis, dolóres inférni circumdedérunt me: et in tribulatióne mea invocávi Dóminum, et exaudívit de templo sancto suo vocem meam.

Ps. Díligam te, Dómine, fortitúdo mea: Dóminus firmaméntum meum, et refúgium meum, et liberator meus. (Ps. 17, 5-6 et 7; Ps. 17, 2-3)

Collecta

Preces pópuli tui, quaésumus, Dómine, cleménter exáudi: ut, qui iuste pro peccátis nostris affligimur, pro tui nóminis glória misericórditer liberémur.

Epístola

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Corínthios (1 Kor 9:24-27; 10:1-5)

Fratres: Nescítis, quod ii, qui in stádio currunt, omnes quidem currunt, sed unus áccipit bravíum? Sic cúrrite, ut comprehendátis. Omnis autem, qui in agóne conténdit, ab ómnibus se ábstinet: et illi quidem, ut corruptibilem corónam accípiant; nos autem incorruptam. Ego ígitur sic curro, non quasi in incértum: sic pugno, non quasi áërem vérberans: sed castígo corpus meum, et in servitútem rédigo: ne forte, cum áliis prædicáverim, ipse réprobus effíciar. Nolo enim vos ignoráre, fratres, quóniam patres nostri

INTROITAS

Apsupo mane mirties dejonės, pragaro kančios mane apsiatė; ir savo varge šaukiausi Viešpaties; ir [Jis] išgirdo manąjį balsą iš šventosios savo šventovės.

Ps. Mylėsiu tave, Viešpatie, manoji tvirtybe; Viešpats mano tvirtybė ir mano priebėga, ir mano išlaisvintojas. (Ps. 17, 5-6 ir 7; Ps. 17, 2-3)

KOLEKTA

Prašome, Viešpatie, mielaširdingai išklausk savosios tautos maldavimus, kad mes, kurie teisingai dėl savo nuodėmių kenčiame, dėl Tavo vardo garbės būtume gailėstingai išlaisvinti.

EPISTOLĖ

Skaitinys iš šv. Apaštalo Pauliaus laiško Korintiečiams. (1 Kor 9:24-27; 10:1-5)

Broliai: argi nežinote, kad lenktynių aikštėje bėga visi bėgikai, bet tik vienas gauna laimėtojo dovaną? Ir jūs taip bėkite, kad laimėtumėte! Kiekvienas varžybų dalyvis nuo visko susilaiko; jie taip daro norėdami gauti vystantį vainiką, o mes – nevystantį. Todėl aš bėgu nedvejodamas ir grumiuosi ne kaip į orą smūgiuodamas, bet tramdau savo kūną ir darau jį klusnų, kad, kitus mokydamas, pats nepasidaryčiau atmestinas. Noriu, kad žinotumėte, broliai, jog visi mūsų protėviai sekė



omnes sub nube fuérunt, et omnes mare transiérunt, et omnes in Móyse baptizáti sunt in nube et in mari: et omnes eándem escam spiritálem manducavérunt, et omnes eúndem potum spiritálem bibérunt bibébant autem de spiritáli, consequénte eos, petra: petra autem erat Christus: sed non in plúribus eórum beneplácitum est Deo.

Graduale

Adiútor in opportunitátibus, in tribulatióne: sperent in te, qui novérunt te: quóniam non derelínquis quaeréntes te, Dómine.

V. Quóniam non in finem oblívio erit páuperis: patiéntia páuperum non períbit in aetérnum: exúrge, Dómine, non praevaléat homo. *(Ps. 9, 10-11 et 19-20)*

Tractus

De profúndis clamávi ad te, Dómine: Dómine, exáudi vocem meam.

V. Fiant áures tuae intendéntes in oratiónem servi tui.

V. Si iniquitátes observáveris, Dómine: Dómine, quis sustinébit?

V. Quia apud te propitiátio est, et propter legem tuam sustínui te, Dómine.

(Ps. 129, 1-4)

Evangelium

Sequéntia sancti Evangélii secundum Matthaeum (Matt 20:1-16)

In illo témpore: Dixit Iesus discíplulis suis parábolam hanc: Simile est regnum coelórum hómīni patrifamílias, qui éxiit primo mane condúcere operários in víneam suam. Conventióne autem facta cum operáriis ex denário diúrno, misit eos in

paskui debesj ir visi peréjo jūrą. Jie visi susirišo su Moze, krikštydamiesi debesyje ir jūroje; visi valgè to paties dvasinio maisto ir visi gèrè to paties dvasinio gèrimo. Jie gèrè iš dvasinès juos lydinčios uolos, o ta uola buvo Kristus. Vis dėlto daugumas jų nepatiko Dievui, ir jų kūnai liko gulèti dykumoje.

GRADUALAS

[Viešpats yra] Padėjėjas reikiamu laiku ir nelaimėje; viliasi tavimi tie, kurie tave pažino, kadangi nepalieki tavęs ieškančių, Viešpatie.

V. Kadangi ne iki pat pabaigos užsitęs vargšo užmarštis; kadangi vargšų kantrybė nepražus amžiams; pakilk, Viešpatie, tegu žmogus neįsiviešpatauja. *(Ps. 9, 10-11 ir 19-20)*

TRAKTAS

Iš gelmių šaukiausi tavęs, Viešpatie; Viešpatie, išgirk mano balsą.

V. Tegu Tavo ausys būna dėmesingos tavojo tarno maldai.

V. Jei žiūrėsi kaltybių, Viešpatie, Viešpatie, kas atsilaikys?

V. Nes Tavo yra permaldavimas, ir dėl Tavojo įstatymo laikiausi tavęs, Viešpatie. *(Ps. 129, 1-4)*

EVANGELIJA

Šventosios Evangelijos pagal Matą tęsinys (Mt 20:1-16)

Anuo metu papasakojo Jėzus savo mokiniams šį palyginimą: „Su dangaus karalyste yra panašiai kaip su šeimininku, kuris anksti rytą išėjo samdytis darbininkų savo vynuogynui. Susiderėjęs su darbininkais po denarą dienai, jis

víneam suam. Et egréssus circa horam tértiam, vidit álios stantes in foro otiósos, et dixit illis: Ite et vos in víneam meam, et quod iustum fúerit, dabo vobis. Illi autem abiérunt. Iterum autem éxiit circa sextam et nonam horam: et fecit simíliter. Circa undécimam vero éxiit, et invénit álios stantes, et dicit illis: Quid hic statis tota die otiósi? Dicunt ei: Quia nemo nos condúxit. Dicit illis: Ite et vos in víneam meam. Cum sero autem factum esset, dicit dóminus víneæ procuratóri suo: Voca operários, et redde illis mercédem, incípiens a novíssimis usque ad primos. Cum veníssent ergo qui circa undécimam horam vénerant, accepérunt síngulos denários. Veniéntes autem et primi, arbitráti sunt, quod plus essent acceptúri: accepérunt autem et ipsi síngulos denários. Et accipiéntes murmurábant advérsus patremfamílias, dicéntes: Hi novíssimi una hora fecérunt et pares illos nobis fecísti, qui portávimus pondus diéi et æstus. At ille respóndens uni eórum, dixit: Amíce, non facio tibi iniúriam: nonne ex denário convenísti mecum? Tolle quod tuum est, et vade: volo autem et huic novíssimo dare sicut et tibi. Aut non licet mihi, quod volo, fácere? an óculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? Sic erunt novíssimi primi, et primi novíssimi. Multi enim sunt vocáti, pauci vero elécti.

Offertorium

Bonum est confitéri Dómino, et psállere nómini tuo, Altíssime. *(Ps. 91, 2)*

Secreta

Munéribus nostris, quaesumus, Dómine, precibúsqe suscéptis: et coeléstibus nos munda mystériis, et cleménter exáudi.

nusiuntė juos į savo vynuogyną. Išėjęs apie trečią valandą, jis pamatė kitus, stovinčius aikštėje be darbo. Jis tarė jiems: 'Eikite ir jūs į mano vynuogyną, ir, kas bus teisinga, aš jums užmokėsiu!' Jie nuėjo. Ir vėl išėjęs apie šeštą ir devintą valandą, jis taip pat padarė. Išėjęs apie vienuoliktą, jis rado dar kitus bestovinčius ir taria jiems: 'Ko čia stovite visą dieną be darbo?' Tie atsako: 'Kad niekas mūsų nepasamdė'. Jis taria jiems: 'Eikite ir jūs į vynuogyną'. Atėjus vakarui, vynuogyno šeimininkas liepia ūkvedžiui: 'Pašauk darbininkus ir išmokėk jiems atlyginimą, pradėdamas nuo paskutinių ir baigdamas pirmaisiais!' Atėję pasamdytieji apie vienuoliktą valandą gavo po denarą. Prisiartinę pirmieji manė daugiau gausią, bet irgi gavo po denarą. Imdami jie murmėjo prieš šeimininką ir sakė: 'Šitie paskutiniai tedirbo vieną valandą, o tu sulyginai juos su mumis, nešusiais dienos ir kaitros naštą'. Bet jis vienam atsakė: 'Bičiuli, aš tavęs neskriaudžiu! Argi ne už denarą susiderėjai su manimi? Imk, kas tavo, ir eik sau. Aš noriu ir šitam paskutiniam duoti tiek, kiek tau. Nejaugi man nevalia tvarkyti savo reikalų, kaip noriu?! Ar todėl šnairuoji, kad aš geras?!' Taip paskutinieji bus pirmi, o pirmieji – paskutiniai“.

OFERTORIUMAS

Gera yra išpažinti Viešpatį ir psalmuoti tavajam vardui, Aukščiausiasis. *(Ps. 91, 2)*

SEKRETA

Prašome, Viešpatie: priėmęs mūsų aukas bei maldas, ir dangiškosiomis paslaptimis mus apvalyk, ir mielaširdingai išklausyk.